

耶穌升天望日

白色

本日彌撒的經文、除書信及福音外、都採用復活後第五主日的。

基督要脫離此世，往祂聖父那裏去，但並非拋棄祂的教會。祂以我們大司祭的名義、將在天不斷向祂的聖父轉達，為惠顧我們（福音）。憑藉祂聖寵無形的動作、祂將孜孜不息的叫祂的奧體長大，直至完美的發展（書信）；到了那時，全體被選的人與耶穌重行會聚于天。

依 48 : 20 ; 詠 65 : 1-2

Vocem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia. Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius. Glória Patri.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, eadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

弗 4 : 7-13

Fratres: Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferióres partes terræ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cœlos, ut impléret

進臺詠

你們應用歡樂的呼聲、報告此事，傳佈此事，亞肋路亞。你們應宣傳到地極：上主解救了他的子民，亞肋路亞，亞肋路亞。——全地的居民啊！你們讚美天主吧！你們歌詠祂聖名的光榮吧！你們以讚詞稱頌祂吧！——光榮歸於父

.....

念「榮福頌」

集禱經

天主，任何善事都是從祢來的，求祢俯聽我們的懇禱，使我們能因祢的默感、常思正理，並賴祢的指導、一一實行。因我們主...

...

書信

弟兄們：我們各人所領受的恩寵，卻是按照基督賜恩的尺度。為此經上說：「他帶領俘虜，升上高天，且把恩惠賜與人。」說他上升了，豈不是說他曾下降到地下嗎？那下降的，正是上升超乎諸天之上，以充滿萬有的那一位，就是他賜與這些人作宗徒，那些

omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastóres et doctóres, ad consummationem sanctórum in opus ministérii, in ædificationem córporis Christi: donec occurrámus omnes in unitátem fidei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

若 16 : 28

Allelúia, allelúia. Surréxit Christus, et illúxit nobis, quos rédemit sáanguine suo. Allelúia. Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúia.

若 17 : 1-11

In illo témpore: Sublevátis Iesus óculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum, ut Fílius tuus claríficet te: sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam ætéram. Hæc est autem vita ætéra: ut cognóscant te, solum Deum verum, et quem misísti Iesum Christum. Ego te clarificávi super terram: opus consummávi, quod dedísti mihi, ut fáciam: et nunc clarífica me tu, Pater, apud temetípsum, claritáte, quam hábui, priúsqum mundus esset, apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedísti; et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis: et ipsi

人作先知，有的作傳福音者，有的作司牧和教師，為成全聖徒，使之各盡其職；為建樹基督的身體，直到我們眾人都達到對於天主子，有一致的信仰和認識，成為成年人，達到基督圓滿年齡的程度。

亞肋路亞

亞肋路亞，亞肋路亞。基督復活了，並光照了祂用自己的血所救贖的我門。亞肋路亞。——我出於父，而來到世界；我又離開世界而歸於父。亞肋路亞。

福音

那時候、耶穌舉目向天說：「父啊！時辰來到了，求你光榮你的子，好叫子也光榮你：因為你賜給了他權柄掌管凡有血肉的人，是為叫他將永生賜給一切你所賜給他的人。永生就是：認識你，惟一的真天主，和你所派遣來的耶穌基督。我在地上，已光榮了你，完成了你所委托我所作的工作。父啊！現在，在你面前光榮我罷！賜給我在世界未有以前，我在你前所有的光榮罷！」「我將你的名，已顯示給那些你由世界中所賜給我的人。他們原屬於你，你把他們托給了我，他們也遵守了你的話。現在，他們已知道：凡你賜給我的，都是由你而來的，因為你所授給我的話，我都傳給了他們；他們也接受了，

accepérunt, et cognovérunt vere, quia a te exivi, et credidérunt, quia tu me misísti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedísti mihi: quia tui sunt: et mea ómnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.

詠 65 : 8-9 , 20

Benedícite, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecationem meam et misericórdiam suam a me, allelúia.

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: ut, per hæc piæ devotiónis offícia, ad cœléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni

也確實知道我是出於你，並且相信是你派遣了我。我為他們祈求，不為世界祈求，只為你賜給我的人祈求，因為他們原是屬於你的。我的一切都是你的，你的一切都是我的：我因他們已受到了光榮。從今以後，我不在世界上了，但他們仍在世界上，我卻到你那裏去。聖父啊！求你因你的名，保全那些你所賜給我的人，使他們合而為一，正如我們一樣。

奉獻詠

萬民啊！請頌揚主、我們的天主，高聲稱讚祂，讚美祂。祂使我們的性命存活，又不讓我們的腳滑倒。主是可讚美的，因為祂沒有拒絕我的祈求，也沒有從我身上撤回祂的仁慈。亞肋路亞。

密禱經

主啊！求祢收納祢信眾的祈禱、和所行的獻儀；切望我們能以奉行此孝愛與熱誠的敬禮、向天上的榮光邁進。因我們主……

復活期頌謝詞

主，時時向祢慶祝，但由於我們的巴斯卦羔羊——基督被祭殺了，尤其在此時更加榮顯地稱揚祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祂就是除免世罪的真正羔羊：祂以自己的死亡毀滅了我們的死亡，又以自己的復活恢復了我們的生命。為此，我們隨同諸位天神、總領領天神、上座者和宰制者以及天

milítia cœléstis exercitus hymnum
glóriæ tuæ cánimus, sine fine
dicéntes:

詠 95 : 2

Cantáte Dómino, allelúia: cantáte
Dómino et benedícite nomen eius:
bene nuntiáte de die in diem salutáre
eius, allelúia, allelúia.

Tríbue nobis, Dómine, cœléstis
mensæ virtúte satiátis: et desideráre,
quæ recta sunt, et desideráta
percípere. Per Dóminum nostrum.

上萬軍，合唱光榮祢的聖歌，無
窮期地說：

領主詠

你們要向上主歌唱，亞肋路亞。
你們要向上主歌唱，讚頌祂的聖
名，要日復日地傳揚祂的救恩。
亞肋路亞，亞肋路亞。

領主後經

主啊！我們於此充滿了天宴的神
力之後，懇求祢恩賜我們、能渴
慕正事，並得如願以償。因我們
主.....